



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

CII. Bischof Hermann's Ablaßbrief für den Kaland in Salzwedel, vom 25.  
November 1331.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](#)

minj M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>, seria quinta post marci ewangeliste, presentibus Johanne Bertoldj pro-  
consule, Thybolk Thywytinges, Stephano thuritz, Johanne latekote, ciuibus in salt-  
wedel, ac alijs multis ad hoc pro testibus vocatis et rogatis.

Nach dem Original im Archiv der Stadt Salzwedel, Fach 39, No. 38.

CI. Dieterich, Bernhard und Werner von der Schulenburg verkaufen Gebungen aus Galfeld  
zu einem Altare in der St. Lorenzkirche zu Salzwedel, am 1. Mai 1330.

Nos Thidericus, Bernardus et Wernerus, milites et germani, dicti de Schulen-  
borch, nostrique veri heredes uniuersis Chrlti fidelibus ad quos presens scriptum peruererit cu-  
pimus fore notum, quod unanimi voluntate et consenu vendidimus justo venditionis titulo domino  
Johanni sacerdoti filio Nicolai de Gorzeke XXX modios fliginis pro XVI marcis minus fer-  
tione Stendalgenis argenti in villa Zeluende fitos in curia Thebele, cum aduocatia intra sepes  
ejusdem curie, cum decima minuta et pullo dicto rochun ac XX denariis censualibus suisque atti-  
nentiis uniuersis in villa, campis, pratis, aquis, pascuis, siluis, exceptis lignis dictis Heynholt, ad altare  
situm in ecclesia B. Laurentii in Saltwedel ad sinistram manum versus castrum, consecratum in  
honorem B. apostolorum Petri, Pauli, Jacobi et Mathei, nichil juris nobis et nostris veris heredibus  
in predicta curia preter solam precariam hereditariam, que ad castrum Bezendorp pertinere  
dignoscitur, referuantes. Proprietatem vero super premissis bonis procurabimus de nostris bonis  
infra hinc et festum Philippi et Jacobi anno reuoluto. In horum autem pacificam possessionem bo-  
norum Dominum Johannem predictum sacerdotem ad manus Frederici clericu, filii Bodonis cer-  
donis, noue ciuitatis Saltwedel ciuis, predicti altaris Vicarii, per Vickonem dictum Broken,  
nostrum famulum, nostra ex vera iussione fecimus introduci ad usus sepediti altaris temporibus  
presentibus et futuris. Quod si eorundem bonorum proprietatem infra premissum terminum procu-  
rare non possemus quod abit, tunc quidquid idem dominus Johannus una cum Bodone prefato,  
patre Frederici, Vicarii altaris sepius memorati, vel quibus ipsi commiserint, si medio tempore dece-  
derint, statuerunt faciendum integraliter faciemus. In cuius venditionis et emptionis euidens testi-  
monium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX<sup>o</sup>, in die Phi-  
lippi et Jacobi apostolorum beatorum.

Gerdens Dipl. II., 604—606.

CII. Bischof Hermann's Ablaßbrief für den Kaland in Salzwedel, vom 25. November 1331.

Vniuersis Cr̄isti fidelibus presentes litteras visuris uel audituris frater hermannus, dei gra-  
tia Belouilonensis ecclesie episcopus, gerens vices in pontificalibus venerabilium virorum  
dominorum Monasteriensis et paderbornensis ecclesiarum episcoporum, salutem in domino. Quolibet  
Cr̄isti fideles ad zelum deuotionis et ad opera caritatis inuitare cupientes, omnibus vere penitenti-

bus et confessis, qui fraternitatem kalendarum, sacerdotum uel clericorum uel et kalendarum fratrum, qui dicuntur ellende, et fratum kalendarum ciuium ciuitatis Saldwedensis intrauerint uel de eadem deceperint, insuper quicunque Christi fideles ad singula eorum conuenticula ob deuotionem suam aduenerint uel eisdem pias elemosinas donauerint, quadraginta dies cum una carena indulgenciarum de singulis temporibus de iniunctis penitenciis in domino misericorditer relaxamus Dummodo ad id diocesani concensus accecerit et voluntas. In ejus rei testimonium presentem literam nostro sigillo fecimus communiri. Datum Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXI<sup>o</sup>. In die beate Katherine virginis et Martiris.

Nach dem Orig. des Salzw. Archives X, 1.

---

CIII. Agnes, Herzogin von Braunschweig, Herrin der Altmark, verleiht einem Sohne des Schulzen zu Rix Besitzungen zu Wollensee, am 25. November 1332.

Nos Dei gracia Agnes, ducissa in Brunswich, antique marchie domina, recognoscimus publice in hiis scriptis, quod Hinrico, filio seulteti de Ritze, et Greten, vxori ejus legitime, nec non eorum veris hereditibus contulimus et presentibus conferimus terciam partem duorum mansorum sitorum in pollense cum omni vilitate, usufructu, filuis, pratis, pascuis omnibusque ejdem parti pertinentibus, sicut filii Frederici de Brewitz prius possidebant. Huius rei testes sunt dominus bertoldus de Velthiem, miles, dominus Detmarus, capellanus noster, et Johannes prop̄ fontem, cuius in Soltwedel, quam alii plures fide digni. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>, in die beate Katerine virginis.

Nach dem Original des Salzw. Archives III, 48.

---

CIV. Der Rath der Altstadt Salzwedel nimmt ein Vermächtniß für die Elenben in Empfang das er zu verzinsen verspricht, am 26. November 1332.

Nos Thydericus bolk, Conradus krun, wolter hartwyci, Thydericus brewytle, helmicus de stulpen, Gotfridus Wolderi, Stephanus thuritze, henneke went, hynricus stefov, Thydericus thuritze, Tylo meynekevens, Bertoldus chuden, Consules Antique ciuitatis soltwedel, recognoscimus et testamur lucide in hiis scriptis, Quod cum viginti marcis argenti stendaliensis, quas Bertoldus Lucie, quondam noster conciuīs, felicis memorie, in extremis positus pro salute anime sue loco elemosine infirmis legauit et donauit, comparauiimus talentum ex duabus bodis, sitis iuxta hereditatem nunc Gh. thuriz versus institoria, que dicuntur vulgo kramboden, et talentum ex hereditate nunc hynrici schorstens, et viginti quatuor solidos ex institorio, in quo nunc moratur hermannus fator, et IIII tam ex hereditate nunc heredum hynrici hermanni, quondam nostri conciuī clare memorie, denariorum soltwedelensium annis singulis nomine census per magistros gylde nostrorum panniscidarum, quicunque pro tempore fuerint, percipiendorum et ipsi infirmis ministrandorum, dia